



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Philippo Regi Catholico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11473

PHILIPPO REGI

CATHOLICO.



Vperioribus annis , cùm ad compo-
nendas Lusitaniæ res Olisiponem
ipse venisses, Catholice Rex, horta-
ta me tua eit Maiestas , vt inchoatā
Henrici Regis nomine auunculi tui
rerum indicarum historiam pari alacritate studio-
que persequerer. Feci quod iusseras : totumque cō-
textum narrationis , à primo nauigationum exor-
dio, ad vsque Soceri tui Ioannis eo nomine tertij
Regis obitum, pro mea tenuitate perduxī . Quo lō-
giūs ne progrederer, annualium exinde series , vt in
tantis & rerum motibus & locorum interuallis ,
partim intercisa partim etiam neglecta, prohibuit.
Neque verò mihi diutius deliberandum fuit , cui-
nam opus hoc qualecumque , recepta iam consue-
tudine, destinarem. Debebat hoc tuis erga se meri-
tis nostra Societas vniuersa. Idipsum nominatim à
me tua de me iudicia meaque summa in te pietas
exigebant. Postremò res loquebatur ipsa, æquum
esse, vt cuius in primis virtute opibusque Christia-
na res nititur, huic potissimum , explorati piis feli-
cibusque maiorum suorum armis Oceanii; aditarū,
quæ auditæ non erant, gentiū; propagatæ vnā cum
imperio in ultima loca rectæ in Deum fidei , si mi-
nus facunda splendidave ; certè , quoadeius fieri

* 2

potuit,



Ipotuit, sincera atque accurata explicatio dicaretur.
Quæ me, Rex Optime & Maxime, perpulerunt
causæ, vti præ cæteris offerre tibi mearum lucubra-
tionum fœtus auderem; eadem, opinor, Clemen-
tiam istam fastigio tam excuso parem adducent,
vt eos in lucem sub Augusti nominis, tui præsi-
dio tutelaque prodiisse patiare. Quod reliquum
est, Maiestatem tuam Deus immortalis ad sui no-
minis gloriam & Ecclesiæ catholicæ firmamen-
tum quām diutissimè tueatur
incolumem.

(. .)

C O M -

